



**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De ijs qui seruiunt Deo: & quòd eos honorare oportеant, & quæ opus sunt,  
ipsis subministrate. cap. lxxxviii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

**A** Si lotus fvero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo, nec qui mœcū in iudicio ex æquo possit audiari. Utinam esset mediator inter nos, qui argueret, & audiret utrumq; nostrum.

Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in cōspectu eorum. Domus eorum securæ sunt & pacatae, & non est virga Dei super illos. Bos eorū concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata foetu suo. Egreduintur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos. 13.

**B** habeo iniquitates & peccata, ostende mihi. Quare faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? &c.

Vsquequò Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiēs, Abac. 1.  
& non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces, conculcante impij iustiorem se? Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finē iudiciū: quia impius præualet aduersus iustū, propterea egreditur iudiciū peruersum.

Respondit Angelus Domini, & dixit: Domine omnipotens, vsquequò non Zach. 1.  
misereberis Hierusalē, & ciuitatum Iuda, quibus iratus es iam septuaginta annis?

**C** Iustus es Domine: veruntamē iudicia loquar ad te. Quare via impiorum pro- Hier. 12.  
speratur: bene est omnibus qui impiè agunt?

### DE IIS QVI SERVIVNT DEO: ET QVOD

eos honorare oporteat, & que opus sunt, ipsis subministrare.

CAP. LXXXIIII.

**D** **I**XIT Saul ad puerum suum: Quid feremus ad virum Dei? Panis de- 1. Reg. 9.  
fecit in cistariis nostris, & sportulam non habemus, vt demus homi-  
ni Dei, nec quicquam aliud. Rursum puer respōdit Sauli, & ait: Ecce  
inuēta est in manu mea quarta pars stateris argēti. Dem⁹ homini Dei.

**D** Dixit Hieroboam ad vxorem suam: Surge, & tolle in manu tua decem panes, 3. Reg. 14.  
& crustulam, & vas mellis, & vade ad hominem Dei.

Acceptit Abdias centum viros Prophetas, & abscondit eos quinquagenos & 18.  
quinquagenos, & alebat eos.

Dixit Sunamitis ad virum suum: Ecce homo Dei transit per nos frequenter. 4. Reg. 4.  
Faciamus ei coenaculū parvum, & ponamus in eo lectulū, & mensam, & lucernā.

Qui adiuuat iustum, hic Solis instar orietur. Fons turbatus pede, & vena Pro. 25.  
corrupta, iustus cadens coram impio. Qui iustorum faciem non veretur, bo-  
nus non est. Detrimento iustum afficere non est bonum nec fas.

Benefac iusto, & inuenies retributionem: & si non ab ipso, certè à Domino. Eccl. 12.

**E** Qui bonos laudibus afficiunt, coronarum ipsis reconditarum participes sunt. Incerti.  
Non est magnum viri iusti curam gerere. Beneficium enim non tam dat quām accipit, Clement.  
qui hoc honoris habetur, vt ipsis subministret.

### DE DISCRIMINE BONI ET MALI: ET

quod ab operibus, non autem à sermonibus censi cōsideri quisque  
debeat. CAP. LXXXV.

**A** Mictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enunciant de Eccl. 19.  
illo. Ex fructu arbor cognoscitur.